

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

1047

1045

1051

1041

1056

1036

1096

0996

0946

474

sicut montem Calpis, de quo supra fol. 36. b., et descendum Rochaim, de quo fol. 28 b. dictum est; montem etiam sanctum Oreb Synai, sub nobis longe alios montes per ejus circuitum excrescentem, sed nobis multo inferiorem, nec erat aliquis mons intermedius, et tamen tanta distantia fuit, quod montem quidem et ejus verticem vidimus, sed capellam in monte penitus videre non poteramus. Omnes montes per circuitum videntur esse colles respectu montis S. Catharinae.

Post terrarum circumiacentium de longe et de prope [contemplationem] consedimus et de sacculis nostris produximus cibos et collationem jocundam fecimus ad latus angelici sepulchri S. Catharinae.

Descensus peregrinorum a monte Synai S. Catharinae virginis.

Finitis omnibus, quae in monte sancto erant agenda, locum sanctum deosculati sumus et cum ingenti laetitia descendimus, non eundo, sed currendo et cadendo deorsum, pro eo, quod inciperemus jam repatriare, quamvis adhuc chaos esset inter nos et patriam nostram magnum, non tamen adeo firmatum, ut hi, qui volunt hinc transire ad eam, non possint, aut inde huc transmeare. In ventre autem montis ad fontem venimus, quem nominant fontem S. Catharinae, et ibi libimus et repausavimus. Ulterius deinde progressi vel prolapsi ad magnum spatium ad alium fontem venimus, ubi virgulas excidimus, quas dicunt esse ejusdem speciei, cuius erat rubus, in quo Deus apparuit Moysi, quas etiam valere (**51a**) assertunt et prodesse valde morbum patientibus caducum, dum eas secum ducunt. Si verum sit, judicet prudens. Ab hoc fonte consequenter descendimus et in carectum venimus et in eo virgas longas excidimus, quas dicunt esse de specie virgae Moysis, cum qua tot miracula operatus est, quam etiam reposuit in arcam testamenti, de qua habetur Exodi IV. et XI. et XIV. et in multis locis Scripturae sacrae. Quidam dicunt, quod mulier in partu laborans, si unam illarum virgarum in manu teneat, non patitur periclitacionem. Ista tamen sunt saecularium narrationes, de quibus parum curo. Post multum

0546

0046

Ende

Anfang

